

Georg Hegenwald Christian Rose

## **Dissertatio. Nomico-Politica. De Tributis Extraordinariis**

Rostochii: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747345902>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de decretis in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritare creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de austraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de criminibus publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an suspectus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.  
 37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.  
 38. Rahne de successione conjugum.  
 39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium, atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?  
 40. Volochow de quaestione in tortura reorum.  
 41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.  
 42. Schütz de investitura.  
 43. Ströck de jure testandi inter liberos.  
 44. Ströck de pactis successoria, eorumque iustitia.  
 45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsper.  
 46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.  
 47. Sebrand de valore juramenti actui adpositi.  
 48. Sebrand de intercessione mulieris pro marito.  
 49. Redeker de tortura prohibenda.  
 50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.  
 51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.  
 52. Leifer de responsis prudentium.  
 53. Novius de fictione.  
 54. Radov. de archivis.  
 55. Pomerech de auctoritate juris.  
 56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.  
 57. Beckmann juris de non appellando et differentia juris de non evocando.  
 58. Schleenstein de affinitate.  
 59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.  
 60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.  
 61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.  
 62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis potioribus, ad effectum condemnationis considerato.  
 63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.  
 64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.  
 65. Heier de primo cautionis gradu.  
 66. Rahne de incorporatione.  
 67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.  
 68. Redeker de quaestoribus.  
 69. Woldenberg de abactu sive abigenti.  
 70. Lambert de misfollareis juris controversiis et appellationibus.  
 71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.  
 72. Aichel Hafer juris controversi.

DISSERTATIO.  
NOMICO-POLITICA.

De

**TRIBUTIS  
EXTRAORDI-  
NARIIS.**

*Quam*

DEO Duce ac Luce  
Suffragio Nobilissimi & Amplissimi  
Jctorum Ordinis in celebri Academia  
ad Varnum.

PRÆSIDE.

VIRO.

*Excellentissimo & Consultissimo*

**DN. GEORGIO HEGEN-**

**WALDT. Reg. Borufs. J. D.**

*publicè discutiendam exhibet.*

**CHRISTIANUS ROSA,**

Reg. Borufs.

*Ad diem 17. Octobr. horâ & loco solito.*



**ROSTOCHII,**

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Ao. 1663.

DISERTATION  
METHODOLOGICA  
THEORIE  
PRACTICA  
VON  
D. GEORGIO HEDEL  
WILHELMUS ROSE  
CHRISTIANUS ROSA  
Rostock  
Typographus KILIANUS



Sine Prologo, ut in re seria, La-  
cones olim!

POSITIO.

I.



Verbulum TRIBUTUM Ve- *Etymologia.*  
teribus, teste A. Cellio in Noct. Atticis  
lib. 13. c. 19. Tribut9 dictum, natales suos  
debet verbo tribuere, ex eo, quod id  
ex privato in publicum, sive tributum  
id fiat, sive non, tribuatur seu confere-  
tur ulum. l. 27. ff. de V. S. græcis dicitur  
Πόρος, πόρος & Πόρεν, quod est ferre  
persolvere, nobis Schos / Schagung /  
Stewer / Anlage / Tribut9.

II. Varias vox illa admittit significaciones, à quâ Homonymia, *Homonymia*  
quæ errotum generix, præprimis erit repurganda: Sumitur enim, *Tributi.*  
vel adjectivè aut substantivè, priori modo in numero plurali prædica-  
tur de Comitibus Calatis, quorum ap. Romanos pro triplici Quiritum  
distinctione, tria erant genera, Tributa, Curiata ac Centuriata, *de qui-*  
*bus ex professo agunt. Rosinus 6. antiq. Roman. l. 6. seqq. nec non, A. Gall. in*  
*N. A. lib. 15. c. 27.* Posteriori modo (1) analogice, sic in tributoria actio-  
ne, tributum dicitur id, quod inter Creditores servi negotiantis & Do-  
minum, cui idem servus quoq; debet, tribuitur; h. e. distribuitur, pro  
rata ejus quodcunq; debetur. l. 5. §. 6. n. & 15. junct. l. 1. ff. de tribut. act.  
*Hahn. in d. r. ad Wesenb. n. 1.* (2) generaliter, omnes redditus, proven-  
tus, emolumenta ac compendia ex quacunq; re ad publicum usum re-  
dundant.

A 2



dundantia, voce tributi includere licet. *Paul. Wehner pract. Obs. in verb. Schätzung.* (3) specialiter denotat id, quod universo patrimonio, tam mobilibus, quam immobilibus imponitur. *arg. l. 1. C. in quib. caus. pign. vel hyp. Cass. Klokus in plus quam aureo tractatu de Contribution. c. 1. n. 268.* (4) specialissime dicitur saltem de eo, quod rebus tantum immobilibus vel capiti imperatur. *l. 3. l. 4. §. 2. ff. d. Censib. l. 18. §. 21. 22. & 23. ff. d. Muner. l. 1. & 1. t. C. de Annon. & Tribut.* Posteriores duæ significationes sunt hujus loci.

**Homon: Extraordinarij.**

III. Ambiguitatem vocis, EXTRAORDINARIJ comprobant varia juris loca, ut, dum cognitiones dicuntur extraordinariæ. *l. 1. ff. d. Extraord. cognit. Crimina extraordinaria. t. t. ff. d. extraord. Crimin. restitutio in integrum, beneficium seu auxilium extraordinarium. l. 16. pr. ff. d. Minor. Interdicta, extraordinariæ actiones. t. t. ff. d. Interd. Judex extraordinarius, qui vulgo delegatus. l. 2. C. d. dilation. Feriæ extraordinariæ. l. 26. §. 7. ff. ex quib. cas. maj. quas omnes acceptiones in præsentiarum evolvere, non tam otiosum quam odiosum ducimus, sufficiat, quod ea acceptio themati nostro inserviat, quæ extraordinarium denotat id, quod est irregulare, improvium ac temporale & ei, quod est commune seu solenne, opponitur, prout in hac significatione Feriæ dicuntur extraordinariæ, quæ pro re natâ, emergente repentino aliquo casu indicuntur, ac opponuntur feriis solennibus, unde & dicuntur repentinæ. l. 3. C. de dilation.*

**Synonymia.**

IV. Tributa extraordinaria aliis nominibus quoq; veniunt, ut, extraordinaria indictio. *l. fin. C. de muner. patrim. munus extraordinarium l. 2. C. d. Privil. dom. Aug. l. un. C. d. Vacation: publ. mun: extraordinaria collatio. z. F. 56. Functio extraordinaria l. 5. C. d. Agric: Superindictum. l. un. C. d. superind. deniq; juri civili quidem incognita, est auctoritate jur: Canon: ac usu moderno satis decantatâ voce, Collecta extraordinaria, posthabita Dd. contradictione, qui Tributum à collectâ segregant, quod, uti de tributo in specialiss: significatione admittimus, ita de eo in speciali & generali significatione pernegamus.*

**Definitio.**

V. Explicatis terminis, progredimur à definitione nominis ad definitionem rei, quæ est: quod **TRIBUTUM EXTRAORDINARIUM SIT MUNUS REALE PUBLICUM, EFFLAGITANTE SUMMA AC INEVITABILI NECESSITATE, A COMPETENTI SUPERIORI, RATIONE PATRIMONII EX IMPROVISO NOVITER**

VITER INDICTUM, QUOD PECUNIA, VEL FRUCTIBUS AUT  
REBUS IPSIS AD REIP: UTILITATEM PRÆSTATUR.

VI. Circa quam definitionē in genere considerandum, quod distinc- *Analysis de-*  
tio tributorū in ordinaria & extraordinaria haud suo destituatur funda- *tionis:*  
mento præterquam enim, quod expresso nitatur *textu in R. J. zu Speyer*  
*d. 20. 1570. §. wie wol nun die erscheinende Churfürsten.* haud exigua  
um sanè in materiā immunitatum, exemptionū ac privilegiorum  
quoad collectas aut alia onera civilia præbet usum, indigitante *Heig.*  
*part: 1. qu. Jur. civil. & Saxon. 17. n. 16. & seqq.* id quod etiam ex seq.  
constabit. Inspecie, partes seu membra definitionis sunt expendenda.  
Generis locum obtinet vox (MUNUS) quæ uti æqui voca ac de varijs  
prædicatur rebus, *l. 18. ff. d. V. S.* ita propriè denotat id, quod neces-  
sario obimus, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi potestatem  
habet *l. 214. ff. d. V. S.* id quod onus JCris munus dictum. Differen-  
tia specifica cæteris absolvitur verbis (REALE) dicitur, ad differen-  
tiam personalis ac mixti muneris, quod utraq; posteriora animi pro-  
visione & corporalis laboris intentione, aut tantum, aut conjunctim  
cum sumptibus & damno gerentium seu administrantium expediuntur.  
*l. 18. §. 1. & 26. ff. d. Muner.* Illud verò solum sumptibus & damno ge-  
rentis præstetur, *d. l. 18. §. 18.* proinde errant errorem, quicunq; col-  
lectas aut tributa sensu juridico pro mixtis muneribus venditant. (PU-  
BLICUM) ad differentiā muneris privati, administrationi Reip: non in-  
servientis. *l. 14. §. 1. ff. d. Muner.* (EFFLAGITANTE SUMMA NECES-  
SITATE) quæ causa est impulsiva, ac quoque formalem differentiam  
ab ordinarijs constituunt, utraq; quidem tam ordinaria quam extra-  
ordinaria collatio, ut primordiale causam præsupponit, ac requirit  
ipsam necessitatem, ast hæc tantum summam, inevitabilem & insolita-  
tam. (A COMPETENTI SUPERIORI) quæ est causa efficiens (RATI-  
ONE PATRIMONII) repræsentat objectum seu materiam circa  
quam (EX IMPROVISO) quod est formale extraordinariorum  
(NOVITER INDICTUM) alterum requisitum formale est extra-  
ordinariorum. QUOD PECUNIA, FRUCTIBUS VEL REBUS)  
est materia ex qua tributorum. (AD REIP: UTILITATEM) dicitur  
finis (PRÆSTATUR) effectus audit.

VII. Dividi possunt extraordinaria tributa (1) ratione causæ *Divisio-*  
efficientis in Imperialia, Circularia, Provincialia & Municipalia. Im-  
perialia

perialia extraordinaria olim fuerunt illa, *juxta R. J. d. 20. 1512. §. Und sol diese Ordnung indicta in & die Hülffe gegen die Frankosen. R. J. d. 20. 1544. §. So achten wir auch Churfürsten in die Bayhülffe / zu besserung der Ungarischen Drithelften. R. J. d. 20. 1548. §. hierauff haben sich Churfürsten & R. J. d. 20. 1559. §. Und damit wir. it. Legation-Geld & quæcunq; alia fuerunt, hodie sunt collectæ Turcicæ Türcken-Steuer. *Limn. in J. p. lib. 4. c. 7. n. 63. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 14. n. 11. Klok. tom. 1. Consil. 28. n. 147.* Collationem verò illam Statuum zu unterhaltung des Cammergerichtes / ut & quæ olim fuit, zum Römerzug / pro coronatione Imperatoris à Pontifice obtinendâ, pro ordinariis reputamus. Circularia extraordinaria sunt illa, quæ imminente necessitate pro conservatione salutis publicæ, nec non Edictorum aut Decretorum Imperialium faciliori executione, Circuli unius aut alterius mutuâ conventionione conferuntur, quo casu, an & eorum subditi pro istis Circularibus collationibus, in & præter casum defectûs ordinariorum reddituum subcollectandi? *disquirat Klok. d. l. n. 164.* Provincialia & Municipalia extraordinaria sunt, quæ pro dissolutione æris alieni, pro elocandâ Principis filiâ, sc. quantitate dotis consuetudine aut conventionione certâ ac definitâ non existente. *Pet. Frid. Mandan. lib. 2. d. mandatis c. 44. n. 10. Boccr. d. Collect. c. 6. n. 69.* it. pro redimendo Domino captivo, &c. Statibus ac Ordinibus Provinciæ aut Municipii imponuntur. (2) ratione finis, quod alia extraordinaria sunt bellica, alia pacis tantum causa. (3) ratione objecti, quod alia extraordinaria toti patrimonio, alia parti tantum, sc. ædibus indicantur, quæ nomine veniunt Haus-Schlag / Haus-Geld. (4) ratione causæ impulsivæ, quod extraordinaria tributa alia sintratione urgentis, alia ratione urgentissimi periculi.*

*Causa Effic:  
Remota.*

*IX.* Causa efficiens tributorum extraordinariorum est vel Remota vel Proxima, Remota, est Justam Divinum quam Humanum, prius quod concernit, juri divino ea esse consentanea, urgenti haud potestremæ rationes (1) enim constat ex Præcepto divino, Magistratui tributa in distinctè ac generaliter esse præstanda. *Matth. 22. v. 17. cum locis parallelis Rom. 13. v. 7.* proinde & ea ex naturâ reatorum indefinitè ac indeterminatè, sive sint ordinaria sive extraordinaria, salva legis divinæ constitutione ac illæ sâ conscientia Magistratus competens exigere potis est; generalis quippe dispositio generaliter quoq; intelligenda, omnesq; species sub se comprehendit. *Everhard. loc. 5. à generalitate,*  
& qui

& qui aliter? cum eadem ratio, quæ militat pro ordinariis, letiam in,  
extraordinariis locum habeat. Quod verò & ea quæ CHRISTUS  
inibi sub nomine Cæsaris de Tiberio, cuius imaginem ac titulum dena-  
rius exprimebat, statuit, ad quosvis Magistratus quoque extendantur,  
eadem rationis paritas in aliis omnibus Magistratibus tam superioribus  
quam inferioribus ubiq; præsens etiam evincit: census enim iste non  
Tiberio quâ Tiberio, aut Neroni quâ Neroni, sed quâ Cæsaribus seu  
Magistratibus, id est, non ratione personæ, sed ratione officii, debeba-  
tur; nec CHRISTI scopus inibi fuit commemorare, quid subditi fe-  
cerint, sed præscribere, quid iustè facere liceat ac debeant, de jure,  
quippe quæstio instituta erat, quo igitur interrogativum & redditivum  
conveniant, non nisi quam de ipso jure verba CHRISTI capienda, prout  
& ipsa responsio non indicative, sed imperativè se habet. (2) suffragatur  
exemplum CHRISTI, qui & ipse loco tributi staterem solvit. *Matth.*  
*17. v. 27.* quod autem id fuerit extraordinarium, exinde verificatur, cum  
non ad impositionem legis Judæorum, sed novam novi Romani Ma-  
gistratus indictionem fuerit, persolutum, prout solidissimè ac plenâ  
manu enucleat *Klok. d. 11. d. Contr. c. 12. §. 268.* (3) quia & Israëlitas  
aliosque subjectos Magistratui tributi nomine aliquid exsolvisse legitur  
*2. Sam. 8. v. 2.* *2. Reg. 15. v. 19.* quis autem ea tributa ordinaria fuisse asse-  
ret? cum lege divinâ nullum tributum, (exceptâ eâ pecunia, quæ pro  
redimendis primogenitis *Num. 18. v. 16.* aut pro iis primogenitis, qui-  
bus cæteræ tribus excedebant *Leviticam, Num. 3. v. 46. & 47.* aut in usum  
tabernaculi. *Exod. 30. v. 12. & seqq.* dabatur, nomen tributi verò vix  
merenti) Israëlitis lege forensi fuisse injunctum, sacræ Pandectæ edo-  
ceant, & tantum de jure divino. Cujus consecrarium est, tributo-  
rum præceptum conscientiam obligare. *Grot. d. J. B. & P. lib. 1. c. 2. n. 7.*  
ex adverso Anabaptistarum ac Libertinorum ob libertatem Evangeli-  
cam Magistratui omnem subjectionem sicq; & omnia tributa derogan-  
tium, imò universum ordinem Magistratus damnantium, somnia ac  
deliramenta cum cæteris suis de communionem bonorum, &c. nugis, jure  
meritò censoriâ virgulâ ac atro carbone, notari. Quoad jus huma-  
num res scrupulo caret, eadem æquitate naturali, quâ ordinaria, nitun-  
tur, & extraordinaria comprobari, æq; enim faciunt ad *ὁμοίαν τῶν*  
*ἡγεμόνων* ac ordinaria, sunt æque felicitatis civilis instrumenta, ful-  
cia

era ac subsidia v. *Timpler. par. 3. Phil. pract. lib. 4. c. 8. qu. 5.* unde & publica plurium Gentium consuetudine recepta ac LL. positivis corroborata ea esse, historiarum ac jura nostra fidem faciunt.

*Causa Effic:  
Proxima*

IX. Causa efficiens Proxima, estis, qui potestate imponendica gaudet. Quae potestas vel jure Regalium, vel concessione, aut expressa, sc: privilegio, pacto, transactione, aut tacita, nempe consuetudine, praescriptione resultat. Ratione Regalium (1) tributorum extraordinariorum Imperialium causa efficiens est Imperator, l. un. C. d. superind. l. 8. C. d. excus. mun. 2. F. 56. hodie ex capitulatione ac vigore Recessuum Imperii, non nisi quam Comitali omnium Statutum consensu, quo tamen limitato Imperatoriae Majestatis exercitio, haud ipsius summa Majestas infringitur seu infirmatur. *Grot. d. J. B. & P. lib. 1. c. 3. §. 16. Limn. in J. publ. lib. 1. c. 12. §. 36. & seqq. & ad capitulat. in prolegom. sect. 8. §. 23. (2)* Vi ac virtute Regalium eisq; annexi juris territorialis, Provincialium extraordinariorum causa efficiens sunt (1) Principes, tam Seculares quam Ecclesiastici, tum ob l. 12. C. de oper. publ. tum ob textum in R. J. d. 20. 1544. §. es sollen auch die Ehurfürsten ib. doch sol hiemit gemeinen Ständen / cum quod regulariter tantum possint in suo territorio, quantum Imperator in universo Imperio, unde & illud tritum Aulico-Politicorum. *Ein jeder Fürst sey Kaiser in seinem Lande. tum deniq; quod habeant die hohe landfürstliche Obrigkeit. E. & ejus effectum habebunt. Ut vero Ecclesiastici, quales, ut Episcopi. &c. secularium ac temporalium dignitatum ac jurium non sunt capaces, nec subditos suos tallis & exactionibus onerare, sed saltem charitativum subsidium exorare valeant. c. cum Apostolus 6. §. prohibemus d. Censib. exact. & procur. alt.* ut Principes & Status Imperii ratione Feudorum Regalium ejusdem dignitatis ac potentiae juris cum secularibus sunt. (2) Hisce Principibus Comites Imperii Reichs Graffen / quicumq; sint, sive Befürstete vel Allgraffen / sive non, Barones cunctis juribus ac Regalibus territorialibus mit aller Gräflichen und Freyherrlichen Land Obrigkeit investitos & qui parari, ac inter hos & illos praeter nominis ac ordinis rationem, parum aut nihil interesse, notius est quam ut probare necessum sit. (3) ejusdem classis ac ordinis, habendae Civitates Liberae Imperiales, cum ipsae non minus Status Imperii sint, sessione ac jure suffragiorum in Comitibus, in Districtibus vero suis Superioritate territoriali die Landes hohe Obrigkeit fruantur, utiq;

utiq; & ipsæ sub dispositione R. J. d. 20. 1544. §. Es sollen auch die Ehre  
fürsten ib. doch sol hiemit gemeinen Ständen / continentur, id quod  
postea Instrumentum Pacis Casareo-Svec: art. 8. rotundis verbis ex-  
pressit, ibid: iisq; rata ac intacta maneant Regalia ac Privilegia colle-  
ctandi, & inde dependentia jura, accedit, quod cum Civitatibus Im-  
perialibus jura Principum æque competant, ac cum iis paria habeant  
privilegia, sunt enim Status Imperii inter se pares, habebunt etiam eo-  
rundem jurium ac privilegiorum effectum. Knipschild d. jurib. ac pri-  
vil. Civitat. Imper: lib. 2. c. 17. n. 4. & seqq: idem judicium de civitatibus  
mixtis, nisi tenor pactorum obster, esto. Knipschild d. 2. n. 7. (4) huc  
quoq; pertinent Nobiles Liberi seu Immediati der Schwäbischen Bräu-  
nischen und Reinschen Ritterschafft cum eodem privilegio fruuntur,  
quo Civitates Imperiales. Gail. 2. Obs. 62. n. 3. adeo, ut ab omni terri-  
toriali jurisdictione Principum aliorumq; Statuum vi privilegii à Limn:  
lib. 6. d. j. publ. c. 3. exhibiti, ut & arg: R. J. d. 20. 1520. §. Wir oder der  
an unser Statt ist ac de 20 1641. §. und damit solche &c. exempti, & ex  
opposito jure territoriali ac Regalib: sint præditi. Mingius d. super.  
territ. 1b. 47. Et hi omnes (quod coronidis loco notandum) classi  
Provincialium tributorum adscripti, etiam absq; Imperatoris atq;  
statuum Imperii permissu, quicquid etiam contradicat Schneidev.  
in epit Feud. par. 2. n. 110. cum aliis Dd. communiter, quacumq; extra-  
ordinariam collationem imponere possunt. Bocer. d. Regale 3. n. 218.

X. Porro, vi concessi Privilegii, pacti, præscriptionis, con-  
suetudinis, etiam Civitates Municipales Fürsten und Land-Städte  
dictæ, tributa extraordinaria Municipalia consensu communis  
imponere valent, sed ut distincte procedamus, sciendum; quod Civita-  
tum Municipalium hodierno die non una eademq; fors sit, sed pro be-  
nignitate Principum vel avara aut prodiga, omnino varia ac diversa,  
quædam enim magis, quædam minus, nonnullæ planè non sunt privi-  
legiatæ: Prioris generis omnimodà jurisdictione cum mero ac mixto  
Imperio privativè seu abdicativè concessa, privilegio collectandi ac ali-  
is connexis jurib; gaudent, indeq; circa consensum Superioris in deter-  
minatè quaslibet sive ordinarias, aut extraordinarias collectas cum con-  
ventione civium indicere possunt, assimilantur mixtis civitatibus den  
Frei-Städten / à quibus, exceptis saltem excipiendis, parum diffe-  
runt, quo tamen jure collectandi concessa. hæud devenire possunt ad  
B  
impo-

impositionem gabellarum, datiarum seu accisiarum, utpote, quæ  
superioritatem territorialem inferunt, ac omnes Provinciales media-  
te & per indirectum tangunt, indeq; specialem Superioris authorita-  
tem requirunt *Klack. d. Contribut. c. 5. n. 137.* Medii generis, quibus  
administratio civitatis relicta, cum juribus ac libertatibus nonnullis,  
verum non universis nec potioribus, nec abdicativè concessis, quod  
si igitur hæc jure collectandi, vi privilegii, transactionis, præscriptio-  
nis non sunt prædita, tunc quidem in iis casibus, qui faciunt ad ad-  
ministrationem & ad esse Civitatis (non vero in iis, qui tantum ce-  
dunt in utilitatem ac bene esse) sine consensu superioris expresso, per-  
mittente jure, ex conventionione civium mutua, tributa extraordinaria  
imponunt. *l. 12. ib. Urbium singularum. C. d. oper. publ.* ast, propter  
Superioris concurrentiam, nunquam contra ipsius expressum dissen-  
sum. Infimi generis, quæ omnibus modis sunt subjectæ, omni libe-  
rà administratione, omnibus jurib; ac libertatibus destituta, Præfectum  
urbis *einen Stadt Boygt* habentes, ij indifferenter nullo in casu, nec  
sub prætextu communis necessitatis, in consulto Superiori, tali mutua  
conventionione ac impositione collectarum fruuntur. *l. 8. C. d. excus.*  
*mün.* Et hæc ratione conciliandi *Carpzov: in def. foren: p. 2. c. 6. d.*  
*24. n. 7 VVintzl: d. Collect. obs. 4. n. 4. cum Zahno in Ichnogr: Municipali*  
*c. 59. n. 1. ac alijs.* Plura addere super sedemus, nostra quippe secula  
minimè sunt civitatensia. Ex hisce omnibus nemini non decisio quæ-  
stionis alias intricatissimæ, ac fermè Magistralis, de quâ adeò, ac si  
Helena esset, Dd. decertant. An Impositio quarumcunq; collecta-  
rum sit Regalium an Jurisdictionis? facili operâ constabit. Nos di-  
stinctione folio Sybillæ veriori eam resolvimus, quod collecta veniat  
consideranda, vel ut imponenda vel ut imposita, priori respectu,  
vel virtute propria imponitur, vel aliena, si propria, tum est de Re-  
galibus ut sunt Collectæ Imperiales, Circulares, Provinciales, sin alie-  
nâ, tunc est concessionis ac permissionis, uti est Municipalis, nullâ  
vero ex jurisdictione simplici, quâ tali, proximè ac immediatè de-  
scendit: prout in ipso discursu demonstrabimus. Posteriori respectu  
est jurisdictionis, utpote sine quâ collecta exigi nequit.

*Causa im-  
pulsiva.*

XI. Causa impulsiva extraordinariorum est, Necessitas summa  
ac ineluctabilis vel ratione urgentis, aut urgentissimi periculi talis.  
Erario quippe publico exhausto, nec adminicula ad præsentès neces-  
sita-

sita-

itates promere valido, ordinariis etiam præstationibus non sufficien-  
tibus, ad extraordinaria onera recurritur. Ut enim societas facta  
rectaque conservetur, efflagitantur, pro ut in corpore naturali  
alimenta, subsidia pecuniaria, quæ sunt nervi rerum gerendarum,  
*l. 1. §. 20 ff. d. question:* ac omnis sensus, motus ac actionis in politica  
prima causa, quæ, cum aliâ ratione constare non possunt, jure meri-  
to illi, in & propter quos sumptus publici expenduntur, quorum in-  
teresse ac incolumitas agitur, in adjutorium salutis publicæ, quantum  
& quamdiu postulat commune bonum, ea conferre tenentur, sunt  
enim correlativa *Schutz und Schakung. Klock. d. Contrib. c. 1. n. 65.*  
Quo verò Imperium & obsequium in mutuos amplexus veniant, an-  
xiè prospiciet gubernacula Reip. tenens, ne (1.) ratio civilis à justo &  
honesto disgregetur. h. e. ne sub specie Imperii, potestatis ac domi-  
nationis, undecunq; ex quibuslibet sordium reliquiis Magistratu indi-  
gnis, ad exemplum Vespasiani, Caligulæ, Helio gabali aut cum harpyis  
Romanensibus ex meretricio quæstu ac lupanaribus, census lactis aut  
alio quocunq; nomine, lucrum odoretur, ac si ex re qualibet lucri o-  
dor esset bonus, non attento, unguentum ne, an corium. (2.) ne  
sub simulato necessitatis publicæ bono, sola privata libidine ac habendi  
cupiditate, vel novas exactiones extraordinarias imponendo, vel  
impositas augendo, perpetuando, ac in Canonicas seu ordinarias  
transformando, per novos sinus, ac varia speciosa ad fallaciam com-  
posita prædandi vocabula *Einer freywilligen Hülffe oder Beystewer/  
eines Vorschubs / eines subsidii charitativi &c.* vix precario relicto  
spiritu, subditi emungantur & excoorientur: Necessitas equidem pul-  
chra laverna decipiendi haud rarò assolet esse, ast alia Leucon, alia  
Leuconis asinus portat, justum sanè non est tributum, nisi quibus est  
necessarium, & quibus nulla, nisi in tributis spes relinquatur, uti ille  
de bello ad Samnites dicebat; quapropter cessante causa tributi extra-  
ordinarii sc; necessitate, omnino & ipsum tributum cessabit, proüt  
& hoc, non solum juri communi congruum, ne plus poscatur, quam  
necessitas imperaverit *l. 12. C. d. oper. publ. sed & ipsis Recess: Imperii,*  
*ut d. 20 1526 §. es haben sich auch it. d. 20 1598 §. und damit auch mehr-*  
*gemelte Städte, provisum, daß den Ständen und Untertanen die*  
*Hülffe / wann man derer nicht bedürffe / wieder herausgegeben werden*  
*soß / illæ vero exactiones, quæ non transcendunt necessitatem, ut ut*  
B 2  
alias



alias duræ, (Vulgi necessaria detrectantis vanâ querelâ ac opinione posthabita) nimis haud sunt, vera quippe necessitas, dum adest, non tantum, quicquid in bonum publicum vergit, licitum ac justum faciet. *c. 4. quod non est licitum. d. R. J. sed & exactiones quaslibet tolerabiles reddet, adeo ut si hanc sine furo ae palpo sese ita habere verè intelligant, quilibet civis bonus eidem ultro ac promptè sit pariturus.*

Subjectum,

XII. Materia in qua, seu subjectum tributorum extraordinariorum sunt personæ, quibus ea irrogantur & sunt (1) subditi *l. 6. §. fin. ff. d. Muner. Scilicet ratione domicilii tales. l. 20. ff. ad Municip. sive sint Nobiles l. 2. C. d. Mun. patrim. Christineus vol. 1. decis. 102. Bocer. d. Regal. c. 11. n. 34. sive ignobiles, ut Mercatores l. 5. §. 8. ff. d. jur. immu. l. 22. §. 7. ff. ad Municip. præprimis, cum merces eorum loco mobilium sint. Gothur. 1. Conf. 11. n. 166. item, ut opifices ac nostri quicumq; artifices *l. 1. C. d. quib. mun. vel præst. nem. lic. se excus. l. 1. 2. §. 3. C. d. Mun. patrim. Mevius in comm. ad jus Lubec. lib. 2. t. 3. ar. 2. n. 40. quicquid, Egid. Thom. tr. d. Collect. §. exposuimus n. 6. 7. & 8. etiam contradicat. Sive sint rerum Domini, seu saltem commoda ac perceptiones, jure tamen Domini vel quasi, ex rebus habeant, sunt enim munera onera fructuum. *l. 10. ff. d. R. J. l. 13. C. d. act. empt. Hinc ab usufructuario l. 7. §. hactenus ff. d. Usufr. l. 27. §. 3. ff. eod. l. 13. ff. d. Impens. in res dot. Carpz. in Resp. lib. 1. t. 10. Resp. 105. n. 2. & seqq. & in def. for. p. 1. c. 32. d. 50. n. 6. nisi perceptionibus fructuum æquivalent, aut eos excedant, tunc ad proprietarium spectant. Hering. d. fidejuss. c. 30. n. 51. Paul. Christin. ad consv. Meklinens. t. 15. ar. 3. sic & à viduâ ratione dotalitii Carpz. in def. for. p. 3. c. 16. d. 12. Nec non à Creditore, R. J. d. 40. 1544. §. und zu diesem Christlichen milden Werck tam pignus conventionale possidente, etiam jure Antichriseos mit pfandschillings Recht. Klock. d. Contrib. c. 11. n. 22. Carpz. in Resp. d. l. n. 10. & seqq. (utut dissentiat Myller. de jurib. Princip. & Stat. Imper.) at non ultra modum fructuum ac usurarum *l. 7. §. 5. ff. ad Municip.* quam pignus aut hypothecam non possidente, præstari debent, adeo, ut ne quidem ex conventionione propria debitor ad collectas adstringatur. Carpz. in def. for. p. 2. c. 30. d. 25. hinc etiam non à conductore sed tantum à locatore nemlich wegen der Zulage vom Grunde / von den Hussen / dessen pertientien und angehörigen Dieße tributa extraordinaria præstantur (von Trancf und scheffel Steuern alia est ratio)***

l. 2. C. d.

l. 2. C. d. ann. & trib. l. 4. §. 2. ff. d. Censib. Hanh. ad Wesenb. t. d. loc. & cond. n. 16. Mavius im rechtlichen Bedenken von Grund Herren und Pensionarien q. 4. n. 383. Carpz. in def. for. p. 2. c. 40. d. 5. non tamen pro quantitate pretii, quibus res illae constituerunt, sed pensione & fructibus, qui inde percipiuntur. arg. l. 36. ff. d. Usur. quid de sumptibus metatoris von den Einquartierungs Kosten juris sit, pluribus enucleat, Mey. in præd. tr. d. l. n. 409. Hinc etiam non à vidua jure retentionis in bonis mortui mariti utente, sed ab hæredibus ejusdem exsolvantur. Carpz. def. for. p. 2. c. 25. d. 27. Hinc etiam depositarius, ut nudus detentator, tributorum expertus est. Reink. d. Reg. S. & E. lib. 1. class. 5. c. 4. n. 106. Illud vero hic notandum, quod quidem fiscus semper possessorem de solutione tributorum conveniat. l. 3. C. sine cens. vel reliq. verum is postea repetitione à debitore gaudeat. Klock. d. Contrib. c. 11. n. 149. Sive deniq; sint seculares aut Clerici seu Ecclesiastici, posteriores quod attinet, statuimus exemptionem eorum ab omnibus civilibus oneribus jure divino haud firmari ac propugnari, imò potius impugnari, effato Pauli Rom. 13. v. 1. Omnem animam potestatibus sublimioribus subjicientis, ac exemplo CHRISTI, statorem evitandi scandali ergo, tributi nomine exsolventis. Matth. 17. v. 27. adeoque æquitati naturali contrariari. Timpl. in pol. lib. 4. c. 8. qu. 7. Arnif. in 11. d. exemp. Cleric. passim, proinde sanctiones humanas Clericos generaliter haud immunes à tributis proclamantes, minime injustitiæ accusari posse ac debere: Quibus discussis, aperti juris esse dicimus, æque Ecclesiasticos ac alios, iis extraordinariis tributis, quæ ipsorum communem salutem quoq; una respiciunt, uti pro defensione Reipublicæ, expeditione contra Turcam, aut si quæ alia clades Rempublicam infester. l. 5. C. d. S. S. Eccl. c. generaliter 40. causa 36. qu. 1. l. 10. ff. d. R. J. & R. J. d. 40. 1544. §. und nemlich sollen ut & §. und zu diesem Churfürstlichen (prout & ejusmodi adventitiæ & extremæ necessitati ipsa bona Ecclesiæ spirituali subveniunt. d. R. J. d. 40. 1544. §. aber der Kirchen) it: pro viarum, pontium, aggerum, murorum ac aliorum operum publicorum reparationibus l. 7. C. d. S. S. Eccl. l. ult. C. d. quib. mun. &c. nec non iis extraordinariis, quæ ipsorum prædia concernunt auff ihre liegende Gründe, præprimis si sint allibrata h. e. dem Steuer oder Anlags Register einverlebet teneri, onera enim natura sua prædiis inhaerent, ac res cum suo onere semper transit, per ea, quæ adducit Christin: vol. 1. decis.

249. n. 15. & vol. 5. decis. 21. n. 9. & decis. 19. n. 8. Ceterorum vero extraordinariorum ut & personalium ac sordidorum munerum vacatione Ecclesiastici gaudent. l. 1. C. d. Episc. & Cler. l. 5. C. d. S. S. Eccl. ob-  
signamus itaq; hoc epiphonemate, quod is, qui Clericos universali-  
ter ab omnibus oneribus civilibus, etiam iis, quæ repentinæ necessita-  
tis sarcina poscit, excipere velit, decipere tentet. Vid. omnino Azarias  
Sturtzius in tract. de una Religione th. 6. & seqq. & Dedekennus in Consil.  
Eccles. vol. 1. tit. vom Predigampt sect. 4. sp. 893. num. 12. (2) ad extraordina-  
ria onera, pro communi utili ac necessario bono etiam forenses ad-  
stringuntur, verum, non aliter, quam respectu possessionum aut præ-  
diorum in territorio collectantis sitorum l. 4. §. 2. ff. d. Censib. Gail. 2.  
Obs. 52. n. 17. Si vero respectu aliorum bonorum, etiam tunc non, nisi  
quam ex consuetudine, statuto, catastrotratione bonorum, urgente ne-  
cessitate publicâ. Klock. d. 17. n. 9. an verò solutio in loco domicilii vel  
bonorum sitorum seu territorii faciendâ, ambigûæ est quæstionis,  
quam nostram jam non facimus. Deniq; (3) Valallos quoq; extraor-  
dinariis tributis obligari, textus est expressus in R. J. d. 1544. §. Nem-  
lich sollen ib: sie seynd Lehen oder Eigen & c. S. Damit aber solches ib:  
die seyn Lehen oder Eigen / quicquid alii de jure civili & feudali dispu-  
tent, ac de duplici onere objiciant. Carpz. in Resp. lib. 4. t. 10. Resp.  
71. n. 14. & in des. for. p. 3. c. 28. d. 19.

**Objectum.**

XIII. Materia circa quam seu Objectum, sunt res quæcunq;  
sunt in patrimonio nostro, quatenus ex iis commodum  
aut fructus percipiuntur, sive sint immobilia, sive mobilia, à quo-  
rum censu etiam sunt se moventia id est animalia l. 93. ff. d. V. S. sive  
nomina, certa tamen ac exigibilia l. 41. ff. d. reb. cred. sive lucra &  
emolumenta ex quæstu aut opificio redundantia, verum hæc omnia  
sc: deducto prius ære alieno l. 39. §. 1. ff. V. S. sicque excipiuntur à  
tributis quibuscunq;, res steriles. l. 12. C. d. oper. publ. instrumenta pro-  
fessionis necessaria addictaq; & alia non nulla in R. J. d. 1542.  
§. doch sollen nominatim descripta, num verò etiam quoad usum ho-  
diernum? quoad postrema subdubitamus.

**Materia ex  
quâ**

XIV. Materia ex quâ sunt pro usu Reipublicæ, quælibet speci-  
es accorpora, sive in signatâ pecuniâ, sive in fructibus, an Korn/  
Mehl. & c. sive in corporibus, hülfte zu Kof und Fus / item, an Ble-  
he / (quæ omnia & generali seu latâ de nominatione pecuniæ l. 178. l. 222.  
ff. d. V. S. c. 101. n. 6. l. 9. 3. comprehenduntur) consistentia.

fica;

XV. Forma extraordinariorum alia est generalis, alia speci- Forma.  
fica: Illa est (1.) quod cum consensu eorum quorum interest, Imperi-  
alia cum Comitiali, Provincialia cum Provincialium, Municipalia  
cum Municipii placito ac assensu imponantur, non enim quidvis li-  
cet imperare, nisi & iuste: Bonum enim, quod bene; alias non  
impetrantur sed imperantur tributa, ut ut nonnunquam Principum  
preces (in effectu) sint valde decretoriae, illorumque bittent sic gebieten/  
und es heist / wir bitten / ihr müßt es thun: Non vero omnium & singu-  
lorum, sed majoris partis (sc: non bonorum sed personarum re-  
spectu, nec in dualitate, sed pluralitate consistentis) dummodo ceteris  
paribus saltem requiritur assensus, qui pro omnium dato habe-  
tur, ac reliquos non consentientes atque obligat ac adstringit. l. 19. ff.  
ad Munic. l. 3. ff. quod cuiusq. univ. nom. c. 1. x. d. his quae sunt a maj. par. id  
quod procedit & in Imperialibus collationibus post R. A. d. 1512.  
§. Es sollen auch die Chur-Fürsten etiam im R. A. d. 1654. §. den  
zweyten Punct / ibi. und in causis politicis die majora, & in Provin-  
cialibus, Circularibus. Klock. d. 17. c. 6. & in Municipalibus. Zahn. in  
Ichnogr. Munic. c. 59. n. 6. & seq. ac alij dā. (2) Ut observetur debita  
ac iusta proportio, sc: in Indictione in der Eintheilung proportio  
geometrica, divitum enim ac miserabilium personarum non una ea-  
demque deberesse ratio, & qui sint ceteri respectus, aut in distributio-  
ne, seu indicti tributi administratione ac executione, in der Belegung  
oder Steuer Sackung proportio arithmetica Carpz. in Resp. l. 4. t. 10.  
Resp. 72. n. 2. Etsi vero distributionis modi varij sint, sc: vel per capi-  
tationem nach Haupt zahlen vel. per fumantes nach den Feuer stätten.  
vel secundum aēs & librā seu juxta singulorum fortunas ac possessiones,  
postremus tamen omnium est æquissimus ac tutissimus, quem jura di-  
vina arg: Levit. 14. v. 21. & 30. & c. 27. v. 8. ac humana l. 2. C. d. ann. &  
17. l. 1. C. d. Mun. patrim. R. J. d. 1512. §. Und damit die Mäßigung  
imperant ac præcipiunt: Hic jam de Censoribus, æquatoribus, exa-  
ctoribus, receptoribus seu quæstoribus, ut & de catastris seu  
æstimij Anlags oder Saal Register oder Büchern tanquam ad distri-  
butionem necessariis subsidiis differendi latissimus esset campus, aut  
obstat mensura pagellarum, hoc saltem monentes, quod in quantum  
fieri potest, restringendus sit exactorum numerus, ne tributum  
multorum capturis atque aucupij depascatur, antequam in publicum  
veniat ulum, prout magna flumina in plures derivata fossas, inter-  
ceptis

ceptis hic & illic aquis, languido fluunt cursu. Specifica forma alia est communis omnium extraordinariorum, alia propria quorundam, illa specifica communis (qua etiam extraordinaria ab ordinariis tributis distinguntur) consistit in seq. (1) ne à lege jam promulgatà sed noviter à Magistratù imponantur, *l. 8. §. 3. ff. d. vacat. & excus. mun. l. 8. C. eod.* (2) ne sint è numero canonùm solennium sed ex improvise indicantur, *l. 5. C. d. ann. & rr. l. un. C. d. vacat. publ. mun.* (3) ob necessitatem non ordinariam sed in solitam, facientem vel adurgens aut ma vel est extraordinariorù Imperialium vel extraordinariorù ceterorù. Specifica propria forma Imperialiù est duplex, antiqua & nova, illa fuit nach dem gemeinen Pfennig pro singulorù tam immediatorum quam mediatorù statum facultatib; *Const. Imp. d. ao. 1594. & passim*, recipiebatur verò durch die sieben Reichs Schatzmeister Hæc (quæ adhuc hodiè usualis est) secundum expeditionem Romanam nach dem Römer Zug quæ olim constabat viginti millibus pedibus & quatuor millibus equitibus. *R. J. d. ao. 1522. pr.* Nunc autem communiter ferè ratione prædictæ summæ, pro uno pedite quatuor & pro uno equite duodecim floreni. *R. A. de ao. 1544. §.* und wiewol gemeine Stände juxta ratam ac quotam in Matricula anno 1521 communi statum consensu factà (quam exhibent *Limn. d. j. pub. l. 4. c. 7. & Wehn. pract. Obs. verb. Matricul.*) determinatam, à Statibus Imperii saltem immediatis (subcollectatione tamen subditorum ipsis reservata *R. A. d. ao. 1576. §.* Und nachdem diese) exsolvantur, & dicitur der einfache Römer Monath, quæ quora, si dimidiatur, vocatur der halbe Römer Monath, sin geminatur der gedoppelte Römer Monath; Conferunt vero quilibet Status Imperii suam assignatam quotam in die gewisse verordnete lege Städte/ sc. vel Francofurti, vel Norimbergæ, vel Ratisbonæ, vel Augustæ vel Lipsiæ, *R. A. d. ao. 1566. §.* wiewol nun Churfürsten. *R. A. d. ao. 1576. §.* Dieweil aber unsern Königsreichen & collatæ summæ pro distinctione Statuum distinctim ad extraditionem usq; inibi asservantur in gewisse besondere Reichs Trücken. Vter prædictorum modorum vero præster, sub judice lis est, rationes ab utraq; parte evolvit *Carpz. ad. L. Regiam c. 18. sect. 5. n. 19. & seqq.* Aliorum seu ceterorum, ut Provincialium & Municipalium, quæ sit forma specifica propria, ex consuetudine cujus vis loci, hæc in re variantis, ut & ex Archivis, libris thesaurariis, & catastis optime ediscitur. Et tantum quoq; de forma. XVI.

XVI. Finis, negativè ac positivè à nobis exponitur. Negativè, quod haud legitimus finis indictionis extraordinariæ sit, quo opes sicq; consequenter libertas, autoritas, potestas subditorum præscindantur, falso persuasi, tam Principum securitatem in submissione ac pusillanimitate subditorum consistere, exemplo Licinii tempore Augusti, de quo *Dio Cas. lib. 54. hist. Rom. in August.*, quam præsentissimum ad publicam in Rep. libertatem conservandam, ex doctrinâ Machiavelli *lib. 3. d. Rep. c. 16. & c. 25.* remedium esse, ne cives opibus admodum augeantur, contra sanctionem Imperatoris in *Nov. 8. præf. c. m. cum Reip. interfit, locupletes habere subditos, videatur. l. un. §. 14. C. d. cad. toll. Novell. 15. præf. c. fin.* Positivè verò, quod finis tributorum extraordinariorum ultimus sit Reip. utilitas, ut tam pacis, quam belli tempore res & personæ civium in tuto esse possint. *Heig. part. 1. qu. illustr. 17. n. 7.* subordinatus finis vero pro ratione justarum collectandi causarum, multiplex dari potest: *Wilhelm. Neumayer à Ramsla in suo egregio tractatu von Schatzungen und Steuern c. 1. & 2.* operose quidem causas collectandi exponit, ast confusè, revocari possunt ad hæc capita, quod tributa extraordinaria vel ob belli aut pacis negotia indicantur, illa respiciunt, vel ut bellum avertatur. *Zu Abwendung der Krieges March / der Einquartierung / vel ut geratur ac sustineatur Barbhülffe / zu Besserung der Frontier Pässe / der Wälle / Soldatengelt / zum Proviant / Hülffe zu Ross und Fuß / & quæ sunt cæteræ specierum myriades.* Hæc concernunt vel Legationes obeundas, vel refectiones pontium, fontium, viarum, aggerum, fluminum, aliorumq; operum publicorum. *l. 12. C. d. oper. publ. l. 7. C. d. SS. Eccles. l. 4. C. d. priv. dom. Aug. vel dissolutionem æris alieni justâ ex causâ contracti, ac in utilitatem Reip. versi, l. 27. ff. d. reb. cred. Herman. Later. d. Censib. lib. 1. c. 7. n. 7. & seqq. Christoph. Wintzl. d. coll. obs. 7. n. 3. Mysing. decad. 11. resp. 1. n. 204. & seqq. Vbi pro Illustris. Ducibus Megapolitanis consulendo approbavit vel dictitante ita consuetudine aut conventionione pro elocatione Filix Principis (aliàs simpliciter nec civili aut feudali jure ad id oneris subditi obligantur.) *Vult: inter Consil. Marpurg. vol. 3. conf. 35. n. 40. & seqq. Cothm. vol. 4. conf. 3. n. 30. & seqq. Boer. d. Coll. c. 6. n. 24. & seqq. Klok. d. Contrib. c. 8. n. 27. & seqq. per ibid. plures allegatos Dd. vel alias similes inevitabiles necessitates. Quicumq; igitur indictiones in alium non debitum ulum intervertunt, & ad quæstum transferunt, non tantum**

Finis

C

tantum

tantum è diametro R. J. d. 20. 1573. §. Und nemlich: sese opponunt,  
ubi cautum dasß der Anschlag nirgend wo anders hin sol gebrauchet und  
angewendet werden / sed & purpura sunt voraciores: Privatorem par-  
tes quidem sunt, sumptus subministrare, onera sustinere, modo impe-  
rans à paralogismis sibi temperet. Bonus Princeps, qui amat ac ama-  
tur, habet quicquid cives possident, qui ergo instar lienis sit, ita ut illo  
crescente cetera membra tabescant? certe nullum Imperium, nisi be-  
nevolentia munitum, teste *Emil: Probo in Dione.* tutum est, alii  
quis verè in eum, à quo de globitur, ac indebitè fortunarum expilatio-  
ne plus æquo excoriatur, animatus sit! Sanè nimia ac non necessa-  
ria tributa haud sunt amoris tesserae ac characteres, nemo enim no-  
cere vult ei, quem amat, sed valde multitudini sunt invisa & odio-  
osa, non tam, quod conferant de suo, sed quia metuunt, ne indies  
graviora sint pensuri. Et, si scapha scapha dicenda, quid ejusmodi  
Imperantis ac injustè gravantis est ærarium? non nisi quam spoliarium  
ac prædaram receptaculum, qui ipsius thesauri? atrum ac sordidum  
ex lacrimis natum, ac cum tot ac tantis querelis ac suspiriis, *contra*  
*Nov 149. c. 2.* illatum aurum. Qui fructus ad ipsum redundantes?  
Vulnerata conscientia, mala fama, subditorum odium, ex odio con-  
temptus, ex contemptu conspirationes, seditiones ac deniq; spe ex-  
hausta, prostrata patientia, ira accensa, haud raro res vel ad arma vel  
ad defectionem vel ad minimū alterius potentioris Advocacia seu Cli-  
entela submissionem redit, populus quippe assimilatur camelo, qui, si  
pondy æquo gravius est, illud dejicit, sic malum malum trahit, flamma  
incendium parit, arcus nimis tensus rumpitur, ac valde emungens  
nares, elicit sanguinem. *Prov. 30 v. ult.* unde non nisi, quam totis  
status everisionem ad minimum conversionem subsequi necessum  
est, plurib; exemplis historicis varia hinc inde promanantia mala per-  
sequente *Neym: à Ramsia in præd. tr: von Schagung und Stewren*  
*c. 3.* quà de causa prudentes Rerump: Rectores ac Directores haud  
erunt nescii, rem populi esse non suam, ac pecuniam pro publicis ne-  
cessitatibus exactam, SACRUM audire POPULI SANGVINEM, semper &  
ubiq; illius Patritii Genuensis ad Ludovicum Stortia Legatum dati  
effati memores: Populum esse instar herbae basilicæ, molliculis ac ro-  
seis digitis contrectatae, suavissimum ac copiosissimum odorem  
spargentis, duriusculè verò compressa ac contrita, noxium succum  
sugge-

suggerentis. Ex Guicciardino D: Sibrandt. part. 1. jur. publ. civitat.  
Imperial: Hanseaticarum post section: 44. in coroll: Chokier thesaur: pol.  
lib. 2. c. 10. exemplo 14. pag. 145. & alii.

XVII. Sint itaq; qui velint prætextus emunctorii, quod Patriæ ac Patribus Patriæ omnia debeamus, quod omnia sint Principis, quod contributio civibus non obsit, Principi vero proffit, quod sufficiat utilitas publica sc: Imperantis, licet privati graventur, quod consuetudine ac continua assuefactione onera temperentur, Es sey die Contribution wie ein Kleid / so es new / brucht es / da es alt und was getragen / selts bequemer / prout etiam alia nonnulla aversa ac fastidita rerum species ipso usu nobis conciliantur, & qui sunt hujus farinae plures, successu temporis instar crocodili id genus tributi omnino formidabile se reddet. Quid postea, præsto est Nemesis divina, quam oppressorum suspiria nubes penetrantia, eliciunt, quæ, uti ejusmodi iniquas exactiones ac elusiones serio detestatur Ezech. 45. v. 9. Mich. 3. v. 2. & 5. ita & publicæ felicitatis ofores ac rosores vix relinquit impunitos. Non itaq; est, quod subditi ob iniqua ac mordentia imposita onera aliquid hostile contra Magistratum moveant, sed saltem aut eorum mitigationem competenti loco, tempore & modo sollicitent, 1. Reg. 12. v. 3. & 4. Esther. 4. v. 8. aut precibus à DEO mitiorem eventum expetant. Esth. 14. v. 12. sin minus obtinentes, patienter illa in se recipiant. Exod. 5. v. 7. 1. Reg. 8. v. 7. ac in silentio & spe ferant, tum quod Magistratui, qualiscunq; tandem ille sit, sicuti Dominis dytcolis ac Parentibus morosis obediendum, boni quidem temper exoptandi, ast mali etiam tolerandi, tum quod iniqua ac nimia tributa quartum flagellum DEI sint, ac ut mala pænae (forsitan, ut ea capiat fiscus, quæ olim non accepit Christus) subditis obveniant, tum deniq; quod conduplicatis lateribus ultro veniat Moses.

XIIX. Effectus extraordinariorum apparet, quod supprimant ac plane cessare faciant ordinaria tributa, remedia quippe extraordinaria non tollunt ordinaria, quamvis ea nonnunquam constituent, infrequentia, seu efficiant, quo minus frequententur. arg. l. 1. §. 2. ff. d. Migrand. Verus effectus est vel primus vel ortus, primus est vel respectu Imperantis vel parentium, priori modo, tributa extraordinaria, Superioritatis alicujus aut personæ aut ipsius rei quoque sunt tesseræ:  
C 2  
poste-



posteriori modo obligant ad præstationem. Effectus ortus varius est, potissimum consistit vel in modo procedendi contra morosos ac refractarios, vel in competentibus tributorum juribus singularibus. Modus contra contumaces procedendi non unus idemq; est. Communiores sunt hi, (1) Pignorum captio *l. fin. C. si propr. pub. pens. l. 3. C. si advers. fisc.* (2) Fructuum sequelstratio *l. 2. C. d. conven. fisc. debit.* (3) Bonorum subhastatio *l. 5. S. fin. ff. de Censib. l. 36. ff. d. jur. fisc.* quam tamen publicam, ut & quamlibet aliam privatam subhastationem, vel ob solennitatem debitam omissam, vel ex minorennitate ejusq; nomine aliis, qui minoribus æquiparantur, competenti jure, optimâ ratione rescindi ac retractari posse asserimus *l. 1. & 2. C. d. fid. ac jur. hast. fiscal. l. 3. C. si propr. pens. publ. ibiq; Gothofr. lit. q. l. 35. ff. d. minor. l. 16. C. d. res. scim. vend. Besold. in tr. d. arario publ. c. 5. num. bona incensita fisco cedant. qu. 3. th. 36. & seqq.* (4) Pœna dupli *R. A. d. ao. 1576. §. diereil dann* (5) quod contumaces militibus cedantur ac assignentur, werden den Kriegs Executanten übergeben. *l. 1. C. d. Off. Præf. Aug.* (6) Status Imperii in solvendo contumaces, sive sint Seculares aut Ecclesiastici, procedente contra illos Fisco Imperiali, pœna dupli, ut & Banno Seculares, privatione vero Regalium Ecclesiastici speciatim ac singulariter mulctantur, *d. R. J. d. ao. 1576. Weiters dann die Erfahrung. R. A. d. ao. 1582. §. Dawieder auch unserm Käyserlichem Cammer-Gericht.* At confiscationem bonorum *Spreng. in. jurisp. publ. pag. 228. Knipschild d. jurib. civit. Imper. lib. 2. c. 17. n. 106. & seqq.* ut & capturam aut incarcerationem *l. 2. C. d. Exactor. tribut.* ( quicquid contradicant *Klock. Bocer. Knipschild & alij*) tributi nomine in contumaces, qui sunt Status Imperii mediati, aut alios collectatos locum habere inficias imus. Jura seu Privilegia singularia tributis competentia sunt sequentia. (1) quod prædia ac possessiones pro tributo, fisco sint obligata ac tacite hypothecata *l. 1. & 2. C. in quib. ca. pig. vel hypoth. tacite contr.* (2) quod præferentia seu privilegium ratione ordinariorum fisco competens, etiam comperat ratione extraordinariorum, *Carpz. def. for. par. 1. c. 28. d. 49* (3) quod in tributis nulla admittatur compensatio *l. 3. C. d. Compens.* (4) quod in causa tributi etiam tempore feriarum procedi possit *l. 5. C. d. Feriis.* (5) quod à sententia tributi nomine lata non appelletur *l. 4. & fin. C. quor. appell. non recip.* (6) quod præstatio tributi præscriptione non tollatur *l. 6. C. d. præser. 30. vel 40. ann. Carpz.*

Carpz. in def. for. p. 2. c. 2. d. 2. n. 2. & quæ sunt plura alia specialiffi-  
ma jura.

XIX. Affinia extraordinariorum sunt ordinaria tributa, lustra-  
tio & sequela, vulgo *Münsterung / Weise und Folge* Parangariæ &c: *Affinia.*  
Contraria extraordinariorum sunt paupertas, prædiorum sterilitas co-  
tralis, ac respectu extraordinariorum non ex urgentissimo sed urgen-  
ti periculo resultantium tributorum, exemptio ac immunitas, à *Contraria.*  
cæteris enim extraordinariis, quæ sunt summa ac adventitia seculi-  
licæ necessitatis, nulla privilegia vacationem præstant, sed omnes  
contribuere tenentur sic *seyh exempt oder nicht exempt, gestreyet o-*  
*der nicht gestreyet. R. A. d. 20. 1576. S. Und nach dem diese ac multis*  
aliis Recessib: adeo ut nonnulli controversiam adhuc moveant. An  
Imperator immunitatem à Collectis extraordinariis Imperialibus  
indulgere seu conferre possit. Muller. d. Princ. & stat: jur. c. 27.  
n. 18. Prolixiori calamo hæc omnia persequi tempore excludimur,  
indeq; filum abruptimus. DEO grates maximas, Doctiori Cen-  
suram tribuentes, veniam precati, si de themate non æque  
obvio minus accuratè scripsisse  
videbimur.

Terent:

Omnia gravia sunt, dum ignores:  
Ubi cognoveris, facilia.



**V**Ere ineunte novo rosa ut est Ala-  
bandica vernans

Quam flaccescentem frigore adurit  
hyems;

Sic **ROSA**, noster amor, viridi qui  
flore perennat,

Floribus ornatus vernat, hybernat,  
atq;

Tempore brumali pergratum spargit  
odorem

Florigeri Veris. Cresce Salute **RO-  
SA?**

*Hocce Schedio Dn. Conterra-  
nei suavissimi specimini  
ac conatibus gratu-  
labatur.*

**PRÆSES.**

Solve

Solve Tributa lubens cœlo quæ-  
cunq; tonanti,  
Quæq; debes homini, Mi ROSA  
solve lubens!

P. Roloffius, Pastor  
Pantliz Pomer.



ERgo bonis avibus roseas ROSA  
scande Cathedras  
Inferat ut Te hortis Prussia nostra,  
suis.

*Gratulabundus appo-  
nebat*

M. P.




Solus Tribus iudicis coloribus  
cristallina  
Quid dabo homini, Mi ROSA  
solue iudicis


P. Roloffus, Pastor  
Paulus omnia


ergo bonis vobis totas ROSA  
sanctae Catholicae  
Inferni Te horis Palla nostra  
Rosa


Generalis  
rebat

M. P.














burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.

III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentis rerum administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his q. tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. 1. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j. vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj. tantum locum habet, non autem in dignitate co. Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

1. &  
t aut  
con  
Com  
r ihu  
ren/

rum  
pari  
uis re  
e au  
ma  
orum

qui  
male  
s do  
utem  
quod  
m ce

num  
verit  
icun  
c. 26.  
Jure

ven  
ivatis  
l. ob  
otest  
Jure  
fer  
bejis  
proc.  
VII.

